



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1847**

CCLIV. Satzung des Bischofes Dietrich von Brandenburg für die Stadt Wittenberg über das Geldleihen, vom 22. Juli 1357.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54048](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54048)

nus declaratur et hic inferius subsequenter connumerantur, Primo super vi mansi in villa Melinstorp, qui quondam fuerunt Johannis Lubaz, XL modios filiginis, II choros auene, XVI solidos vsualium denariorum; Item in molendino uille Buggendorp vnum chorum filiginis; Item curiam sitam ante castrum Tzanis, que quondam fuerat.. Kaldenbornes; Item duas sexagenas prescisorum grossorum, que de tribus curiis in antiqua ciuitate tzanis tolli debeant indilate et in nostri memoriam ac ejsdem gherardi suorumque progenitorum et successorum anniuersarium singulis annis peragendo in delictorum remissionem sacerdotibus et clericis diuinum officium peragentibus debeant impertiri, Literarum dicti gherardi suorum filiorumque iuxta tenorem; Item lignetum situm apud Kokenholt, quod Cunr. Dragendorp aduocatus actu possidet et post eius obitum ad dicte cappelle usum diuoluetur cum omne vtilitate et usufructu; Nobis intimi cordis desiderio supplicans, quam attente, vt libertatis assensum predictis prestare dignemur; Nos igitur ad laudem dei omnipotentis ac sue gloriose genitricis marie et omnium sanctorum et ob animarum nostre progenitorum ac successorum medelam et ut nostri et successorum nostrorum Jugis peragatur memoria, bona predicta que idem a nobis hactenus tenuit tytulo feodali, quorum jus proprietatis ad nos pertinere dinoscitur, memorate cappelle appropriauimus et presentibus appropriamus ecclesiastice libertati, Renuntiantes omni Juri, quod nobis in predictis hactenus competebat seu competere valeat in futurum. Vt autem hec nostra appropriatio permaneat inconcussa presentes nostras literas ad hoc confici mandamus sigilli nostri munimine firmiter roboratas. Datum et actum Wittenberg, anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. quinquagesimo sexto, In vigilia Purificationis marie virginis gloriose.

Cum Diplomate Theoderici Episcopi Brandenburgensis, quo prefatam confirmat appropriationem, reditus autem intus descriptos in villas Mortzane et Ethenstorp dein appropriatos, reuocat et cassat. Datum Seyezere M.CCC.LVII. fer. VI. ante Reminiscere.

Nach dem im Königl. Sächsisch. Geh. Archiv in Dresden befindlichen Original.

**CCLIV.** Saßung des Bischofes Dietrich von Brandenburg für die Stadt Wittenberg über das Geldleihen, vom 22. Juli 1357.

Wyr Diderik, von Ghenade Goddes Bischof to Brandeborgh, don willichen alle den, dy dessen Brif sien vnde horen lesen, dat na Rade vnser Heren, Heren Otten Erzbischof to Meydenborgh vnde Herezoghcn Rudolphcn von Sassen is geordnet, als hie na geschreuen steyt. Wy eyne Mark Gheldes kopen wil uth Erue in der stat to Wittenbergh, dy schal sy kopen vmme twintig Brandeborgische Mark vnde nicht mer: vnde dy, de sy vorkoft, an den schal dat stan, wen he sy wedderkopen mach mit Gottes Hulpe vnde nicht an deme, dy de koft, wenhe schal sy em mit Willen laten wedder vmme dat vorgeante Ghelt, vnde schal den tins nicht lengher stan laten, wen eyn Jar, so schalen dy Ratman yren Knecht darto lyen, dat em Pandes helpe vt dem Erwe sunder klaghe. Wer it ouer, dat me em Pandes nicht helpen muchte vnde gheuer vluchtich von fyne erwe wurde, so schal dy den tins het, claghen vp dat Erve vor Gerichte also it recht ifs, vnde schal de Erve verkopen, so it eyn recht is, vor sin Ghelt vnde vor sinen tins, Ok schal me neyn Scot darup stan, sunder ydermann schal sin Gut selber vorschoten. Were auer, dat eyn Mann, dy den tins hat, fines Gheldes dorste, dy mach wol eynen andern Manne den tins vorkopen, vmme sodan Gheldt, als he en koft

het, vnde dat dy, dy den tins vorkoft het, scal bliven by deme selven Rechte, alz it vorghenant is. Disse vorbenante stücke wulborde wy vorbenante Diderik Bischof to Brandenburg, unde fetten dat darvor, dat sy mit Eren vnde rechte wol syn moghen. To eyne Orkunde so hebbe wy to dissen Brive vnse Ingefehgel anghelhanghen. Dar sin ouer ghewesen dy Erbar Lude, dy Lesemester von den Beruuten Brudern to Wittenbergh, Meyster Hinrik, Perrer to der czane, Meyster Hinrik des vorbenante Herczogen to Sassen Scryber, Her Otto vnse Official unde ander gute Lude, disse Brif is ghegeven to Wittenbergh, na Goddes Bort dritzenhundert Jar, in dem Sevende voffcichften Jare, in Sente Marien Magdalenen Daghe.

Heinrich Gottlieb Franke, *Diplomataria et Scriptorum Historiae Germanicae* Tom. III, 424.

**CCLV.** Der Bischof Dietrich giebt der Domkirche einen Ablassbrief wegen des darin aufgerichteten Bildes des heiligen Kreuzes, am 13. Dez. 1357.

Universis Christi fidelibus, ad quos presentes pervenerint, Thidericus, dei gratia episcopus ecclesie Brandenburgensis, sinceram in domino charitatem. Cupientes, ut imago sancte crucis in choro ecclesie Brandenburgensis, versus meridiem collocata et ibidem sollempniter dedicata, congruis honoribus veneretur et a Christi fidelibus jugiter frequentetur, omnibus vere penitentibus, confessis et contritis, qui orationes suas ante dictam crucem flexis genibus devota mente dixerint vel qui de bonis sibi a deo collatis ibidem aliquid obtulerint, aut qui ad luminaria et alia ornamenta quecumque in ipsa ecclesia necessaria manus porrexerint adjutrices, quodcumque et quotienscumque premissa aut eorum aliquod fecerint seu fieri procuraverint, nos de omnipotentis dei misericordia et beatorum Petri et Pauli, apostolorum ejus, meritis gloriosis consili, de injunctis penitentibus quadraginta dies indulgentie misericorditer in domino relaxamus. Datum anno domini M. CCC. LVII, ipso die sancte Lucie virginis.

Nach dem Originale.

**CCLVI.** Der Bischof Dietrich bestätigt die für die Pfarren des Domcapitels zu Brandenburg erlassene Procurationsstare seines Vorgängers, am 6. Jan. 1358.

Thidericus, dei gratia episcopus Brandenburgensis, in Christo nobis dilectis preposito et capitulo nostre ecclesie Brandenburgensis salutem in domino. Quia quedam littere domini Lodewici quondam episcopi Brandenburgensis, antecessoris nostri felicis memorie, quandam taxationem et statutum de procuracione visitationis vicariorum, plebanorum vulgariter nuncupatorum, quarundam ecclesiarum uestrearum continentes, nobis pro parte vestra sunt oblate, et humiliter supplicatum, ut eas auctoritate nostra ordinaria confirmare earumque tenorem in nostris confirmationum litteris ad majorem cautelam et perpetuam ipsarum firmitatem et auctoritatem inferere dignemur, nos igitur hujusmodi supplicationi favorabiliter inclinati inspectis per nos eisdem litteris taxatione et statuto ac omnibus et singulis in eis contentis et plenius examinatis cognitisque diligenter, ipsas litteras, taxationem et statutum ac omnia et singula in eis contenta in omnibus et singulis suis clausulis et articulis gratas

Sauptth. I, Bd. VIII.